Προϊόντα

Νίτρον(;)

a 197

XLVI. Non est differenda et nitri natura, non multum a sale distans: et eo diligentius dicenda, quia palam est et Medicos, qui de eo scripsere, ignorasse naturam, nec quemquam Theophrasto diligentius tradidisse. Exiguum fit apud Medos, canescentibus siccitate convallibus, quod vocant halmyphaga(3). Minus etiam in Thracia juxta Philippos, sordidum terra, quod appellant agrium(4). Nam quercu cremato numquam multum factitatum est, et jam pridem in totum omissum. Aquae vero nitrosae pluribus locis reperiuntur, sed sine viribus densandi. Optimum copiosumque in Clitis Macedoniae,(5) quod vocant Chalastricum, candidum, purumque, proximum sali. Lacus est nitrosus, exiliente e medio dulci fonticulo. Ibi fit nitrum circa canis ortum novenis diebus, totidemque cessat, ac rursus innatat, et deinde cessat. Quo apparet

Pym. par. 15 Bib. XXXI. c. 46.

---

(3) Ἁλμυραγα, nomine ducto partim ex sapore, quem habet subsalsum, partim ex eo quod erumpat e terra ac sponte efflorescit. Hard.

(4) Agrium Ἄγριον, silvestre D.

(5) Clitis Macedoniae. Clytis. Vet. Chytas. Geographi collocant in ora Sinus Macedonici, ubi est promontorio-

b.

Νίτρον. Χαλάστρα. Χαλαστραῖον

198

Quo apparet, soli naturam esse quae gignat: quoniam compertum est, nec soles proficere quidquam, quum cesset, nec imbres. Mirum est et illud, scatebra fonticuli semper emicante, lacum neque augeri, neque fluere. His autem diebus, quibus gignitur, si fuere imbres, salsius nitrum faciunt; aquilones deterius, quia validius commovent limum. Et hoc quidem nascitur. »

---

um Chalastraeum. [illegible] Lite . . . . . .

est enim Lete sive [illegible] diximus lib. IV c. 17. Macedoniae oppidum remotum a mari, cujus in agro ille nitri fons, quod veteres scriptores Chalastraeum, sive Chalastricum, appellarunt, ab oppido Chalastra, quod est in proximo sinu, e quo evehebatur. Hard.

Λεξ. [illegible] « Χαλάστρα πόλ. Μακεδονίας Στραβ.

« Χαλαστραῖον, τό, τὸ νίτρον ἢ ῥύμμα· ἅλας ὀρυκτόν, [illegible] κάρφος, εὑρισκόμενον ἐν λίμνῃ παρὰ τὴν Χαλάστραν (τ. Μακεδ.) καὶ αὐτὸ [illegible] καθαρ[illegible] τῶν φορεμάτων χρησιμεῦον. Πλιν. σελ. 430. »

ΑΚΑΔΗΜΙΑ ΑΘΗΝΩΝ